

sū in locū suū restituit Qui vñ ad
obitū in sc̄is opibus p̄sueravit. ⁊
latro fili⁹ eius in ep̄atu eidē succes
sit. q̄ etiā sc̄us fuit Tandē beatus
remigius multis p̄clar⁹ virtutibus
in pace q̄euit circa annum domini
quingentesimū

De nomine

Hilari⁹ dictus est q̄i hilari.
qz in fuitio dei valde hila
ris fuit. Vel d̄r hilari⁹ q̄si
alarius. ab altus. et ares d̄tus. qz
fuit altus in sciētia. ⁊ virtuos⁹ in vi
ta Vel hilarius d̄r ab yle q̄d est
obscurū. qz p̄mordialis materia q̄
obscura fuit ⁊ ip̄e in dicti. suis ma
gnā habebat obscuritatē ⁊ profū
ditatem

De sancto hilario

Hilari⁹ pic̄tauiensis vr̄bis
ep̄s regionis aq̄tanie ori
und⁹ q̄i fulgēs lucifer inter astra
p̄cessit ibi vxorē p̄mit⁹ hñs ⁊ filiā
laycali habitu monasticā vitā du
cebat Tandē in vita ⁊ scia p̄fici
ens elect⁹ est in ep̄m Cum igi⁹ be
atus hilari⁹ nō solū ciuitatē suam
s̄ etiā totā franciā ab heretici. de
fensaret ad suggestiōnē duoz ep̄i
scopoz q̄ heresi fuerāt dep̄uati.
ab impatore q̄ hereticoz fautor
erat. beato eusebio vercellēsi ep̄o
est in exiliū relegat⁹ Deniqz cū
vb̄iqz arriana heresis pullularet
⁊ ab impatore licentia data esset
vt oēs ep̄i cōuenirēt. et de v̄itate

fidei disputarēt cū sanct⁹ hilarius
aduensisset ad petitiōem dictozum
ep̄oz q̄ ei⁹ eloq̄tiā ferre nō pote
rāt. pic̄tauiā redire opellit. Cū at
ad insulā galliarū q̄ erat sp̄ētib⁹
plena p̄pinq̄isset. ⁊ in ip̄am descen
disset. oēs sp̄entes ex visiōe sui fu
gabatur. ⁊ in medio insule palū fixit
nec apli⁹ data est illis libertas oc
cupare q̄d vetuit. tanq̄ pars insu
le nō sit terra s̄ pelag⁹ Cū ergo pi
ctauie esset. quēdā infantē sū baptis
mo defūctū suis orōnib⁹ ad vitaz
restituere Naz tamdiu iacuit in pul
uere. donec pariter resurgerent. se
nex de orōne. ⁊ infans de morte.
Cū at apra filia eius vellet accipē
maritū Hilari⁹ pater eius eidē pre
dicauit. ⁊ in sacro x̄ginitati. p̄po
sito confirmavit Quā ille firmāz v̄si
derās ⁊ ne aliquādo flecterēt for
midās. dñm instanti⁹ exorauit vt
eā ad se reciperet. nec vltra viuere
p̄mittēt Qd ⁊ factū est Naz post
paucos dies ad dñm migravit.
quam ip̄e p̄p̄rijs manib⁹ sepeliuit
Qd mater beate ap̄re v̄siderans
ep̄m rogauit vt qd ⁊ filie impetra
uerat. impetraret sibi. Qd fecit. et
ip̄am orōne sua ad regnū p̄misit.
Eo tpe leo papa hereticozū p̄fidi
a dep̄uatus. oīm ep̄ozuz conciliū
duocauit Quibus duocatis. hila
rius nō vocatus aduenit Qd au
diens papa. precepit ne aliq̄s sibi
assurgeret. nec aliq̄e locum daēt
Cum ergo ingressus fuisset. dixit
ad eū papa Tu es Hilarius gal
lus? At ille Dō gallus s̄ de gallia
id est non sū in gallia natus. s̄ ibi
e iij .

ep̄s **C**ui papa **E**ti tu es hylarius
 de gallia. ego sum leo romane se/
 dis ap̄licus ⁊ iudex **C**ui hylarius
Eti es leo. nō tñ de tribu iuda q̄
 vindicas f̄sides sed nō in sede ma/
 iestatis **T**ūc papa cū indignatiōe
 surrexit dicens **M**odicū p̄stolare do/
 nec redeā ⁊ tibi q̄ mereris reddā
Cui hylari⁹. **S**i nō redieris. q̄s m̄
 p̄ te r̄nsurus erit. **E**t ille **C**oncus
 foibo ⁊ supbiā tuā humiliabo **C**ū
 ergo papa ad secreta nature iuissz
 dissenteria perijt. et omia intestina
 ibidē p̄ficiens miserabilē vitā fini/
 uit **I**nterea videns hylari⁹ q̄ nul/
 l⁹ sibi assurgeret. paciēter ferens in
 trā se posuit dicens. **D**ñi est trra
Statim qz nutu dei trā cui incede/
 rat sursum se extollit. ⁊ vsqz ad eq̄/
 litatē alioz ep̄oz se leuauit **C**ū igi/
 tur papa miserabiliter nūciaretur
 defūct⁹ assurgēs hylari⁹ oēs ep̄os
 in fide catholica cōfirmavit ⁊ cōfir/
 matos ad pp̄ria remisit **H**oc autē
 miraculū de mote leonis pape du/
 bitatiōez hz **T**ū. qz hystozia eccle/
 siastica vel triptita nihil de hoc lo/
 q̄tur **T**ū. qz aliquē papā talis no/
 minis tūc fuisse cronica nō testat̄
Tū. qz ihero. dic̄. **S**c̄a romana ec/
 clesia sp̄ imaculata p̄mansit ⁊ i fu/
 turo p̄manebit sine vlla hereticoz
 insultatiōe **P**osset tñ dici q̄ tūc e/
 rat aliq̄s papa vocat⁹ nō q̄dē ca/
 nonice elect⁹. sed tirānice intrusus
Vel forte liberi⁹ papa q̄ cōstātino
 heretico fauebat alio noie dicit̄
 est leo **T**andē multis miraculis p̄/
 petrat̄is cuz beat⁹ hylari⁹ infirma/
 tus obitū suū imminere cōgnosct̄

leontiū presbiterū quē maxime d̄/
 ligebat ad se vocauit. ⁊ nocte imi/
 nente vt creat foris āmonuit. et si
 q̄d audiret vt renūciat impauit **I**l/
 le iussa cōplens voces adhuc ciui/
 tatis tumultuātis se audisse reuer/
 tens exposuit. **E**t cum circa euz vi/
 gilaret finē ei⁹ expectās media no/
 cte itez iubet exire. ⁊ q̄d audiet ia/
 centi referre **Q**ui cū nil aliud se au/
 disse renūciasset. mox nimia clari/
 tas quā etiā p̄dōcus presbit̄ (suffer/
 re nō poterat ad euz intrauit ⁊ sic
 paulati recedente luie ad dñm mi/
 grauit **F**loruit circa ānum dñi. ccc
 xl. sub cōstantino **C**ū duo mercato/
 res formā cere cōiter hērent ⁊ vn⁹
 altero renitēte eā ad altare sancti
 hylarij obtulissz. statim per mediū
 diuisa ps vna ibi r̄māsit. altera ad
 renitētem deuenit

De nomine

Macharius d̄r a macha q̄d
 est ingeniū. et aries q̄d est
 d̄tus. vel a macha q̄d ē p̄/
 cussio ⁊ rio q̄d est maḡ. **F**uit enī
 ingenios⁹ cōtra demonis fallaciam
 d̄tuos⁹ cōstuz ad vitā. p̄cussus i do/
 matōe corpis. maḡ in regimine p̄/
 lationis.

De sancto machario

Machari⁹ abbas descendit
 de sythi ⁊ intrauit dormiē
 in monumēto vbi sepulta
 erāt corpa paganoz ⁊ extraxit
 vnū corp⁹ sub caput suū tanqz pul/
 matiū **D**emones at̄ volētes euz c̄/
 rere vocabāt. q. vnā mulierē dicē/
 tes **S**urge veni nobiscū ad balne